



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

31 Episcopi, quomodo subditis praesse debeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ord. 5. & à quo, nu. 7. in fin. Pluresque alias qualitates, & virtutes in Episcopo requiritas ad bene munus suum explendum copiose, & optime scripsit Card. Paleot, in *Archiepiscopali Bono, cap. 6. cum pluribus seqq. part. 1.* Pastores quidem, non <sup>31</sup> † autem percussores Episcopi esse debent, & ita subditis praeesse eos oportet, ut non in eis dominantur, sed illos tamquam filios, & fratres diligant, monendo, rogando, arguendo, obsecrando, & increpando, Pet. 1, Epist. in cap. 5. circa prius. cap. ult. distin. 94. cap. esto subiectus, 95, distin. & Concil. Trident. cap. 1. de reform. sess. 13. Post correctionem verbalem contra incorrigibiles ad acriora, & graviora remedia descendere, & procedere debent, cap. corripiantur, cum seq. 24. quaest. 3: & ubi ob delicti gravitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, & cum lenitate severitas est adhibenda Concil. Trid. dicto cap. 1. de reform. sess. 13: omnesque subditorum suorum excessus corrigere, & ipsos visitare, ac de eorum excessibus, criminibus, & delictis etiam extra visitationem, tamquam Sedis Apostolicæ delegati cognoscere, & castigare possunt, quibuscumque exemptionibus, consuetudinibus, concordis, consanguinitate, familiaritate, & aliis non obstantibus, cap. irrefragabili, de off. ord. & Concil. Trident. cap. 3, & 4. de reform. <sup>32</sup> sess. 14. † exceptis Canonice cathedralium ecclesiarum, qui per Capitula corrigi consueverunt, in ecclesiis, quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt, & tunc à capitulo ad iussionem Episcopi, infra terminum competentem, ab eo præfigendum sunt corrigendi, alioquin Episcopus corrigere potest, dict. cap. irrefragabili, <sup>33</sup> §. excessus tamen, de off. ordin. & ibi Innocent. in princip. & Concil. Trident. cap. 6. de ref. sess. 25.

<sup>34</sup> Corrigi etiam, † cognosci, & puniri ab Episcopis possunt exempti ratione delicti, contractus; & rei, si delictum fuerit commissum, & contractus celebratus in loco non exempto, & res de qua agitur, in loco etiam non exempto situata existat, de crimine hæresis etiam in loco exempto commissi, superfluorum comestationum, illicitarum fabulationum, & divinatorum officiorum celebratione, & in civilibus causis mercedum, & miserabilium peronarum, cap. dolentes, de celebr. Miss. cap. ad abolendam, ext. de hæret. cap. 1. de probat. in 6. cap. unico, §. fin. & cap. 1. de privil. eod. lib. 6. & Concil. Trid. cap. 14. de ref. quoq. etiam dictum, c. 1. innovat. sess. 7. ratione personæ, si exempti etiam regulares claustrales, † extra claustra degentes delicta committunt, ab Ordinariis locorum, in quorum iurisdictione sunt commissa delicta, tamquam super hoc à Sede Apostolica delegatis, visitari, puniri, & corrigi possunt, Concil. Trid. cap. 3, sess. 6. & cap. 4. de reform. sess. 14.

<sup>35</sup> Tenentur Episcopi † diebus Dominicis, & festis solemnibus, legitimo cessante impedimento, Missam celebrare, pro quo facit Conc. Trid. cap. 2, sess. 2. quia habent curam animarum totius diocesis, argum. tex. in cap. 14. de reform. sess. 23. debentque non modo pauperum suarum diocesum, <sup>36</sup> † sed externorum etiam curam habere; Nam beatus Petrus profecturus ad prædicandum Judæis dispersis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, Asiã, Bichyniã, & Paulus profecturus ad gentes ab Hierosolymis per circuitum usque ad Illyricum,